

2 ou paitur rivaleti, sed solus summe vult coli,
et quæ cap. 5, 9.

VERS. 26.—TESTES INVOCO HODIE COELUM ET TERRAM, CITO PERITIROS VOS. Nota. Moses et Prophetæ per prosopopœiam, creaturæ irrationalibus vitam, sensum et testimonium attrahunt, casque ad gravissimam obtestationem, quæ populum compungant et commoveant, testes vel judices invocant, presertim cœlum et terram, quia haec minæ et poena extenduntur ad omnes securitas generationes; unde Moses ad lugis prædicationis et comminationis memoriam, noluit testes mortuorum vocare, sed cœlum et terram, quia in eternum manent. Immortales ergo et eterni sunt hi testes, qui omnibus futuris temporibus perseverabunt, et mutis vocibus Deo loquentur, hec esse vera, hominibusque (presertim hec verba Mosis legentibus) pariter in clamabunt hec divina præcepta, æquæ ad minas. Omnes enim creature tacite obediunt, consentiunt et attestantur suo creatori, ejusque legi et ordinationi. Unde Baruch c. 5, 54, sit : Stellar dederunt lumen in custodia suis, et letatim sunt, vocata sunt, et dixerunt : Adsumus, et luxerunt et cum jucunditate, qui fecit illas. Consequenter, eadem tacite quasi applaudent, et attestantur hisce verbis Mosis : ipse enim erat præco Dei creatoris, q. d. : Cœlum et terram testes invoco, ut cœlum nobis dando lucem, terra nos sustinendo, dum hec loqueror et edico, re ipsa muta testes sint, me hec vobis prædixisse. Rursus, ut, cœm plague, quas hic vobis prædicto, evenerint, idem et testes sint, quid mea haec prædictio et minæ fuerint vero, et simul sint vindices ac cooperatores Dei, qui hæc plágas per cœlum et terram vobis infigit. Nam, ut ait Sapientia c. 5, 21 : Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Quare, si hi testes vitam et vocem haberent, aut si per miraculum, Deus eis vocem daret, ut aliquando dedit, omnes una voce clamarent et condemnarent impios: quondam autem eam non habent, taciti et muta voce clamabant, et condemnabant impios.

Sic Isaías c. 1, 1, cùm ait : Audite, cœli, et auribus percipe, terra, utitur prosopopœia ad inanimæ creaturas, ut gravior sit oratio, et plena indignatione, idque primò, ut significet Judæos omnia sua bona, à cœlo et terrâ per Deum accepisse; secundò, quia Judæi adorârunt solem, lumen, lapides, idèo ea nunc, quasi ipsorum judices invocat; tertio et maximè, quia cùm ipsi nolent audire Deum, invocat inanima, quæ semper obediunt Deo, ut

gravissima sit querela et proibitio; invocat, inquam, quasi testes matutini, ut quandoque sint vindicis creatoris sui, ut cœlum, ait Rupertus, Judgeis se prebeat eorum, terra se prebeat forecum, sed maxime in die iudicii, cœlum in eos fulmina vibret, terra verò illos delicas. Simili modo facit Moses hic, et Deut. 50, 19, et c. 51, 28, et c. 52, 1.

Secundò, cœlum et terram testes invocat, invocat omnia que in cœlo et in terra sunt, per metonymiam, ac presertim angelos et homines, qui proprie dicti testes sunt. Ita Theodorus, Si Poeta ait :

Vos, eterni ignes, et non ricabile munera,

Testor.

Potabant enim Platoni ignes coelestes, id est, stellas esse animatas à suis intelligentiis, sive angelis praesidis, quos quasi minores deos colerant.

Simili modo cœm exorcizamus et adjuramus creaturas irrationalis, adjuratio non dirigitur ad illas, quia non intelligentem; can; sed ad naturam rationalem, que illis præsidet, casque movere potest, ut ait D. Thom. Si exorcizatur aqua, sal, dominus; partim enim invocatur virtus divina, ut in usu harum rerum assistat, et diabolus vim coercet; partim per virtutem divinam precipit diabolus, ut abscedat, et in his non noeget. Si exorcizantur locuste, mures, ranas, grandines, tempestates, etc., ut Deus domina cornu avertat, et diabolus per illa non noeget. Vide Dom. a Soto l. 8 de Justitia, q. 3, art. 5.

VERS. 29.—CUMQUE QUIESCERET IN DOMINUM DEUM TUUM, INVENIES EUM, SI TAMEN TOTO CORDE QUIESCERIS, ET TOTA TRIBULATIONE (scilicet in vera contritione et conversione) ANIME TUE. Hebreiæ est, in tota anima tua. Insuper, quod contrito vera, que peccatorem Deo reconciliat, debet procedere ex amore Dei super omnia: hoc enim est quæcera Deum ex toto corde, et ex tota tribulatione anime. Ita Suarez 5 p. q. 83, art. 1, disp. 4, sect. 2.

VERS. 30.—POSTQUAM TE INVENERINT (comprehenderint, est hebreisimus) OMNIA.

NOVISSIMO TEMPORE, id est, in fine temporis, quo complebitur pena tibi inficta à Deo, q. d.: Post plágas à Deo innūs, tandem sapies, et revertieris ad eum. Ita Vatab., Abul. et alii.

VERS. 31.—NEQUE OBLIVISCETUR PACTUM, QUOD (id est, quod. Ita Hebr. Septuag. et Chalde.) JURAVIT PATRIBUS TUIS.

VERS. 32.—INTERROGA DEI HERBIS ANTICIS, scilicet de facis, quæ contingunt in diebus antiquis.

A SUMMO COELO USQUE AD SUMMUM EJUS. Hebrewiæ, ab extremo cœli usque ad extremum ejus, id est, ab oriente usque ad occidentem, q. d.: Interroga ea, que toto orbe unquam apud homines alicui contigerunt. Similes plurimi sunt Matth. c. 24, 51. Ita Vatablus.

VERS. 33.—SICUT TU AUDISTI, ET VIXISTI. Ita Rom. Hebr. Chalde. et Septuag. Perperam ergo Plautus. legit, et vidisti, q. d.: Insta miraculi fuit, quid tu vocem Dei tam terribilem ex Sina audires, et viveres, de quo rursum c. 5, 24.

VERS. 34.—SI FLECI DEUS, UT INGREDERETUR, NON mutans locum, sed operationem, vocans scilicet, liberans et educentes ex Egypto.

ET NORMINAS VISIONES, quia in triduum Aegypti tenebris mira spectra Aegypti objectus Deus, isque pars perculit, ut dixi Exodi 10, 22 et sequent.

CAPUT V.

1. Vocavitque Moyses omnem Israelem, et dixit ad eum : Audi, Israel, ceremoniasaque judicia, que ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, et opere complete.

2. Dominus Deus noster pepigit nobiscum Iudeus in Horæ.

3. Non cum patribus nostris init pactum, sed nobiscum qui in presentiarum sumus, et vivimus.

4. Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis.

5. Ego sequester et mediun fui inter Dominum et vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus; timuistis enim ignem, et non ascendistis in montem, et ait :

6. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti, de domo servitutis.

7. Non habebis deos alienos in conspectu meo.

8. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt desuper, et quæ in terra deorsum, et quæ versantur in aquis sub terrâ.

9. Non adorabis ea, et non coles. Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus annulator, rediens iniuriantem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his qui oderant me.

10. Et faciens misericordiam in multa diligentibus me, et custodientibus precepta mea.

11. Non usurpabis nomen Domini Bei tui frustra, quia non erit impunitus qui super re vanâ nomen ejus assumpserit.

s. s. viii.

VERS. 36.—ET IN TERRA OSTENDIT IGNEM MAXIMUM, quia ignis ex Sina prodire videbatur; vox vero super eum ex cœlo, id est, ex aere, formari et descendere videbatur.

VERS. 37.—PREECEDENS IN VIRTUTE, per angelum suum, qui castra prebeat in columnâ nubis, quique perculit et prostravit hostes tuos, Exodi 23, 20.

VERS. 42.—QUIT OCCIDERIT NOLENS, scilicet nesciens, ignorante et inadvertente. Ita Hebr. Chalde. Septuag.

VERS. 43.—USQUE AD MONTEM SION, QUI EST LY HERMON. Alius ergo est hic Sion, à Sion monte Hierosolymæ et templi; hic enim Sion erat ab alia Jordani parte, et hebr. scribitur per schin: Sion verò templi scribitur per tsade. Vide de hoc Sion dicta c. 5, 8.

VERS. 49.—MARE SOLITUDINIS, mare Mortuum, sive lacus Asphaltites.

CHAPITRE V.

1. Moïse ayant donc fait venir tout le peuple d'Israël, lui dit : Ecoutez, Israël, les cérémonies et les ordonnances que je vous déclare aujourd'hui; apprenez-les et pratiquez-les.

2. Le Seigneur notre Dieu a fait alliance avec nous sur le mont Horæ.

3. Il n'a point fait alliance avec nos pères, qui sont morts dans le désert et qui n'en ont point vu l'accomplissement; mais avec nous qui vivons et qui vivons aujourd'hui, et qui nous trouvons sur le point d'en recueillir le fruit.

4. Il nous a parlé face à face sur la montagne, non en nous faisant paraître aucune forme sensible, mais en nous faisant entendre sa voix qui sortait du milieu du feu.

5. Je fus alors l'entremetteur et le médiateur entre le Seigneur et vous, pour vous annoncer ses paroles que vous n'avez entendues; car vous apprirez à ce grand feu d'où le Seigneur nous parlait, et vous ne montâtes point la montagne où il faisait éclater sa gloire et d'où il vous disait :

6. Je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous ai tirés de l'Egypte, de ce séjour de servitude où vous étiez.

7. Vous n'aurez point en ma présence de dieux étrangers.

8. Vous ne vous forcez point d'image de sculpture, ni de figures de tout ce qui est ou en haut dans le ciel, ou en bas sur la terre, ou qui vit sous la terre dans les caux.

9. Vous ne les adorerez et ne les servirez point; car je suis le Seigneur votre Dieu, un Dieu jaloux, qui punit l'iniquité des pères sur les enfants jusqu'à la troisième et quatrième génération de ceux qui me haïssent,

10. Et qui fait miséricorde jusqu'à mille et mille générations à ceux qui m'aiment et qui gardent mes préceptes.

11. Vous ne prendrez point le nom du Seigneur votre Dieu en vain; car celui qui aura attesté la sainteté de son nom sur une chose vain, ne sera point impuni.

6

12. Observa diem sabbati, ut sanctifices eum, sicut precepit tibi Dominus Deus tuus.

13. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua.

14. Septimus dies sabbati est, id est, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquam operaris, tu, et filius tuus, et filia, servus et ancilla, et bos, et asinus, et omne jumentum tuum, et peregrinus qui est intra portas tuas : ut requiescat servus tuus, et ancilla tua, sicut et tu.

15. Memento quid et ipse servieris in *Egypto*, et eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, et brachio extento. Ilecirò precepit tibi ut observares diem sabbati.

16. Honora patrem tuum et matrem, sicut precepit tibi Dominus Deus tuus, ut longi vias tempore, et bene sit tibi in terra quam Dominus Deus tuus datus est tibi.

17. Non occides.

18. Neque mochesaberis.

19. Furtumque non facies.

20. Nec loqueris contra proximum falsum testimonium.

21. Non concupisces uxorem proximi tui : non domum, non agrum; non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, et universa que illius sunt.

22. Hec verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis et nubis, et caliginis, voce magna, nihil addens amplius : et scripsit ea in duas tabulis lapidis, quas tradidit mili.

23. Vos autem postquam audistis vocem de medio teñebraum, et montem ardore vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum, et majorum natu, atque dixistis :

24. Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster majestatem et magnitudinem suam; vocem eius audivimus de medio ignis; et probravimus hodie, quod loquente Deo cum homine, vixerit homo.

25. Cur ergo moriemur, et de vorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultra vocem Domini Dei nostri, moriemur.

26. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audivimus, et possit vivere.

27. Tu magis accede : et audi cuncta que

12. Observez le jour du sabbat, et ayez soin de le sanctifier, selon que le Seigneur votre Dieu vous l'a ordonné.

13. Vous travaillez pendant six jours, et vous ferez tous vos ouvrages.

14. Mais le septième jour est celui du sabbat, c'est-à-dire le jour du repos du Seigneur votre Dieu. Nous ne ferez aucune œuvre servile en ce jour-là, ni vous, ni votre fils, ni votre fille, ni votre serviteur, ni votre servante, ni votre bœuf, ni votre âne, ni aucune de vos bêtes, ni l'étranger qui est au milieu de vous, afin que votre serviteur et votre servante se reposent comme vous.

15. Souvenez-vous que vous avez vous-mêmes été esclaves dans l'Egypte; et que le Seigneur votre Dieu vous en a tirés par sa main toute-puissante, et en déployant toute la force de son bras. C'est pourquoi il vous a ordonné d'observer le jour du sabbat, non seulement en mémoire du repos dans lequel il est entré après avoir fait ses ouvrages, mais aussi en reconnaissance de celui qu'il vous a procuré après une si longue et si dure captivité.

16. Honorez votre père et votre mère, selon que le Seigneur votre Dieu vous l'a ordonné, afin que vous viviez long-temps, et que vous soyez heureux dans la terre que le Seigneur votre Dieu doit vous donner.

17. Vous ne tueriez point.

18. Vous ne commettrez point de fornication.

19. Vous ne déroberez point.

20. Vous ne porterez point de faux témoignage contre votre prochain.

21. Vous ne désirerez point la femme de votre prochain, ni sa maison, ni son champ, ni son serviteur, ni sa servante, ni son bœuf, ni son âne, ni aucune chose qui lui appartienne.

22. Le Seigneur prononce ces paroles avec une voix forte devant vous tous sur la montagne, du milieu du feu, de la nuée, de l'obscurité, sans y ajouter rien davantage; et il les écrit sur les deux tables de pierre qu'il me donna.

23. Mais, après que vous eûtes entendu sa voix qui retentissait du milieu des ténèbres, et que vous eûtes vu la montagne tout en feu, vous m'envoyâtes tous les princes de vos tribus et vos anciens; et vous me dîtes, *par leur bouche* :

24. Le Seigneur notre Dieu nous a fait voir sa majesté et sa grandeur; nous avons entendu sa voix du milieu du feu; et nous avons éprouvé aujourd'hui qu'il a parlé à un homme, sans que l'homme en soit mort. *Mais nous sommes contents de cette épreuve.*

25. Pourquoi donc mourrons-nous, si nous nous dévorons par ce grand feu, *comme il arrivera si nous demeurons ici plus long-temps?* car si nous entendions davantage la voix du Seigneur notre Dieu, nous mourrions très-certainement.

26. *En effet*, qu'est tout homme revêtu de chair, pour pouvoir entendre la voix du Dieu vivant et parlant du milieu du feu, comme nous l'avons entendue, sans qu'il en perde la vie?

27. Approchez-vous donc plutôt vous-même de *lui*, et écoutez donc ce que le Seigneur notre Dieu vous dira ; vous nous le rapporterez en

dixerit Dominus Deus noster tibi : loquerisque ad nos, et nos audiendis faciemus ex.

28. Quod cum audisset Dominus, ait ad me : Audivi vocem verborum populi hujus, que locuti sunt ibi : bene omnia sunt locuti.

29. Quis det talen eos habere mentem, ut tipeant me, et custodiunt universa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis et filii eorum in sempiternum?

30. Vade, et dic eis : Revertimini in tentria vestra.

31. Tu verò hic sia tecum, et loqua tibi omnia mandata mea, et ceremonias atque iudicias, que docebis eos : ut faciant ea in terra quam dabo illis in possessionem.

32. Custode agitur, et facite que precepit Dominus Deus vobis : non declinabitis neque ad dexteram neque ad sinistram ;

33. Sed per viam quam precepit Dominus Deus vester ambulabitis, ut vivatis, et bene sit vobis, et protegenter dies in terra possessionis vestrae.

Vers. 5. — *NON CUM PATRIBUS NOSTRIS INITI* partem, subaudi tantum, q. d. : *Non tantum* cum patribus init. Deus pactum in Sina, sed etiam nobiscum. Simile est Gen. 52, 28, et alibi. Secundo et simplicius, q. d. : Deus in Sina patrum non invit cum Abram, Isaac, Jacob, atque patribus, qui in Egypto, vel ante mortuim sunt; sed cum nobis ipsi qui vivimus. Nam, ut notat S. August., nulli presentes supererant et aderant, qui in Horib legem audierant pueri, qui scilicet nebulos attigerant annum vigescendum, ac prouide neque censi, neque ponai nummurantium, *ut* quod Num. 14, 29, *ut* scilicet perirent in deserto, comprehensi facerant, quos Moses vocat *omnes*. Intelligit enim *omnes* accommodum, scilicet omnes qui legem in Sina audierant, et etiamiam supererant. Hebrai majorem habent emphasis, sic enim halent : *Non cum patribus pepigit Jehovah pactum istud; quia cum nobis, nobis istis hic hodie, omnibus nobis viventibus.*

Vers. 6. — *EAGI AD FACIUM LOCUTUS EST NOBIS.* Non quasi formam aut speciem ejus videbatis, hoc enim negavit e. 4, 12, sed, facie ad faciem; id est, coram, sine intermissione. Decalogum enim, à v. 6 ad 22, angelus vice Dei ex Sina proclamavit coram toto populo, sed reliqua precepta judicialia et ceremonialia acceptarunt Hebrei intermissione Mose, ut sequitur, qui in monte concensit solus, cùm populus

ob metum ignis et vocis angelica territus, et a monte fugiens, jussu Dei ad castra et tentoria sua redit, ut dicitur v. 50 et 51.

Vers. 5. — *ECO SEQUESTER ET MEDIUM FUI.* Fuit ergo Moses mediator inter Deum et populum, ut ait Apostolus ad Galat. 5, 19: quidni ergo Sancti vocentur mediatores?

Vers. 6. — *EAGO DOMINES DEUS TUUS, QUI EDUXI TE DE TERRA EGYPTI, DE DOMO SERVITUTIS.* Hebr., *de domo servorum*, puta de ergastulo, id est, de Egypto, ubi durissimam servitibus servitibus. Nota : pro, *Dominus*, hebraicè est nomen tetragrammaton *Jehova*, quod proprium est divinæ essentiae, que fons est omnis creature, cui prouide, quasi primo et summo omnium principio, summâ religione servire debet homo omnisque creatura. Russim, pro, *Doms*, hebraicè est, *Elohim*, quod Deum quâ judicem et gubernatorem omnium significat; *Elohim* ergo Dei legislatoris majestatem, sapientiam, dominium et imperium summum Hebreis incusat.

Vers. 7. — *NON HABEBIS DEOS ALIENOS IN CONSPICUO MEO.* Nulli veri sunt dii alieni, sed unus est verus Deus, qui cùm communis sit omnium, nulli potest esse alienus. Vocantur ergo dii alienigenæ, putat gentes à Deo vero alienae, ut deos habent et colunt. Unde hebr. est : *Non existi tibi elohim*, id est, dii, alii. Vetus ergo, ne quis aliis habeatur deus, etiam si in uno sit : pra-

cipit verò, ut se solum unumque Deum agnoscant et colant, tum interno mentis sensu et affectu, tum externā adoratio et sacrificio.

In CONSECTU MEO, coram me; Septuag. et Chalda. vertunt, preter me, q. d. : Noli colere idola me videunte, et abditissima etiam tua contemplante, ne putes te oculos meos latere; neve vello tam gravem majestati mei, omnia intuenti, injuriam irrogare. Posset secundū, à coram me, accipi pro, è regione mei, q. d. : Non opponas mihi alios deos, sicut v. 25 in Heb. dicitur: Non habebis deos alienos mecum; et huic sat consonat à preter me, uti vertunt Septuag.

Judei hic primum statuant et absolvunt decalogi praeceptum, ita ut secundum sit: Non facies tibi sculptile; ultima verò duo, scilicet: Non concupisces uxorem proximi, et: Non concupisces rem proximi, sicut unum, scilicet decimum praeceptum. Ita Josephus, Philo Iib. de Decal., Commentarij Ambr. et Hieron. adscripti in Epist. ad Ephes. c. 6; Athanas. in Synopsi; hos avidissime sequitur Calvinius, ut hinc fortius telum contra imagines torqueat. E contrario, à non facies tibi sculptile, non esse secundum, sed spectre ad primum praeceptum, docent Clemens Alexand. 6 Strom. S. August. q. 71 in Exodum, et Epist. 419, cap. 11; S. Hieron. in Psal. 52, et communiter scholastici in 5, dist. 57. Idque longè verius et aptius est, primo, quia haec duo, scilicet: Non habebis deos alienos, et non facies tibi sculptile, codem spectant, ut unum solum Deum jubeant esse colendum. Id magis patet paragrapho sequenti. Secundū, quia aliqui non decepunt, sed mēdecin erunt præcepta decalogi; duo enim postrema, quia Iudei conjungunt, disjunguntur. Nam tam differunt: Non concupisces uxorem proximi, et: Non concupisces bona proximi, quām differunt: Non mēcherabis, et: Non facies furtum. Hec enim actum exterrum, illa verò actum internum, puta concupiscentiam, mēchiam et furti vertant. Atq[ue] haec duo distinguuntur, ut patet; ergo et illa. Unum enim et idem utrobius est objectum, à quo species et distinctio actuum et præceptorum desunenda est. Unde et in Hebreo utrobius repetit: à non concupisces, tam Exodi 20, 16, quām hic v. 21, ubi recte ponuntur ordine, ut et Exodi 20, 16, apud Septuag., licet ibi in Hebreo et nostro communis et confusis eorum sit ordo: præponitur enim concupiscentia domis concupiscentia uxoris.

Dices: Rom. 7, 8, citantur haec duo præcepta ut unicūm, videlicet: Non concupisces, —

Respondeo, Apostolum non curasse ea distincte describere, quia tantum intendit probare, non solū opus extēnum, sed etiam concupiscentiam internam, lege Dei esse vestitam, ut patet ex antecedentibus et sequentibus.

Vers. 8. — NON FACIES TIBI SCULPTILE. Superiori vers. vertuit deos alios in genero, hic speciatim simulacra deorum vetat; iis enim præcipue deos suos colebant gentes, inō et illa ipsa, ut deos habebant; quod licet negat Calvinus, disertē tamen docet Isaías c. 44, 17; Baruch toto c. 6; Jerom. cap. 10; Sapient. cap. 15, 10. Vetat ergo hic Deus simulacula deorum, tum fieri, tum coli; utrumque enim nefas est.

Nota primò: Hebreum pesel, significat sculptile, à radice passa, id est, sculpare, dolare. Simulacula enim plerique sculpi solebant aut dolari in status; sub sculptili tamen intellige et ductile, fusile, tornaticle, etc. Nota secundò: Pro sculptile Septuag. Exodi 20, 4, vertunt idolum; nam passim in Scripturis per sculptilia intelliguntur idola. Porro, licet Orig. et Theodor. strictius hic idolum accipiunt, ut sit effigies rei non existens, quo modo gentiles Spingas, Tritones, Centauros, alias chimeras effingebant, similitudo verò, quo deinceps prohibetur, sit rei existens expressio, v. g., imago solis, luna, hominum, bestiarum reptilium; melius tamen, secundum communem ejus significationem, accipiens idolum, ut sit simulacrum falsi dei et ficti, sive deus ille sit res vera et existens, sive non. Unde nota tertio: Idolum Graecis erat imago quāvis inanis et mendax, ut, verbi gratia, van phantasmat, spectra, et umbra mortuorum, uti patet ex Platone in Thecteo, Luciano in Dialog. de Mortuis, Homero Odysseja 11, unde a Virgilio vocatur

Teneas sine corpore vite;

Et: idola mēta, idolatria, mētā, mētā, Carā sub imagine forme.

Eiōs enim est diminutivum ab eōs, quāsi dicas: Formula, icūneula, umbratilis species. Hinc S. Scriptura et scriptores ecclesiastici nomen idoli arctarūm ad imaginem Dei, qui habetur Deus, reveri non est, sive Deus imago representatus, sive ipsa etiam imago habeatur Deus. Patet hoc 1 Corin. 8, 4: Scimus quia nihil est idolum in mundo, q. d.: Deus qui representat idolo, non est Deus, idēque idolum nihil est: et Esther 4, 11: Ne tradas sceptrum tuum iis qui non sunt, id est

idolis. Unde Scriptura hebreia idola passim vocat tohu, id est, inane; elīam, id est, vana, vel deiculōs; seker, id est, mendacium; to joītu, id est, non qui proderunt: vide S. Hieronymum in Osce 7. Quare falluntur et fallunt Henricus Stephanus et Joannes Scalpa in suis Lexicis, dīm asserunt, idolum apud scriptores ecclesiasticos vocari omne simulacrum, numen aliquod represtantis, quod honore et cultu dignamur. Non enim simulacrum quodlibet, vel imago munimis cuiuslibet, est idolum, sed tantum imago munimis falsi, ut docet ex Tertull. S. Cyprianus in Exhort. ad martyrium cap. 2, et Athanasius, Orat. contra idola, sub finem.

Ex dictis patet imperitia hereticorum nostrorum, dum asserunt, omnes omnino imagines hinc jure naturae veteri. Unde Calvinius videns quām absone hoc dicatur, licet tacite omnes imagines carpit, tamen asservat, non omnes, sed Dei tantum imaginem hinc veteri: quā in re suffragatur ei à Catholicis Abulensis, qui censet, jure naturae hinc veteri omnem Dei imaginem. Idem asserit Durandus in 5, dist. 9, q. 2, sed ipse eam putat hinc veteri, jure non naturae, sed positivo divino, de quā re dicamus paragrapho sequenti.

Verum pari modo hoc refellitur. Nam primò imago veri Dei non est idolum. Secundò, hinc tantum aliorum deorum cultus veterat, uti patet ex antecedentibus et sequentibus; præcessit enim: Non habebis deos alienos; sequitur: Non adorabis ea, neque coles; ergo sculptile quod hinc fieri veterat, est sculptile vel imago deorum alienorum; aliqui enim non unum, sed duo, inō tria diversa hinc ponenda essent præcepta. Unde sculptile explicans Moses v. 25, ait: Non facies deos argenteos, neque deos aereos. Sic et Levit. 19, 4, idola vocat deos confabiles, uti et alibi sēpē. Imago autem Dei non est alius Deus ab eo, neque cultus imaginis cultus est alterius Dei. Cultus enim imaginis, iuxta tritum axioma S. Basili et Damasceni, ad prototypum referunt. Tertiò, certum est, Deum non veteruisse omni sculptile, aut arte sculptoriā, utpote quā ipse exornavit Oloah et Besedol, eāque uti jussit ad Cherubim effigienda, eādemque uti voluit Mosen in serpente aeneo efformando, Num. 21, 8. Si ergo determinatum aliquod sculptilis genus tantum veterit, unde illa determinatio patetur melius, quām ex verbis immediate præcedentibus? videlicet ut sic appellan: Non facies tibi sculptile, id est, sculptiles deos alienos. Quārō, Deus imaginem sui corporēam et sensibilem objicit oculis Deum conceperem possumus. Nam, ut ait Aristot-

teles, nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu et inphantasiā. Intellectus enim nihil concepire potest sinephantasmate; phantasma autem est imago rei visu, vel alio sensu percepere.

Objicit secundū Calvinus: Isaiae 40, v. 23, de simulariis, sive idolis, loquens Deus : Cui, inquit, similem me fecisti? ergo Deus imaginem sui fieri vultu. — Respondeo: Sensus est, q. d.: Cur idola, car simularia falsa fecisti Deum vestrum? cur ea mihi adequarestis? cur incomunicabile nomen meum eis dedidistis? cur meum potentiam et opes eis attribuistis? Vide Jerem. 10, 6, et Sapientia 14, 21. Ex eo enim, quod gentiles et Iudei simularia faciebant similia, immo regula Deo vero, hoc ipso etiam faciebat Deum simularis similem et aequalem. Simile enim, cum sit relatum equiparantia, suo simili est simile, et contra. Hoc autem magna erat. Dei iniuria et vilipendio, scilicet eum aequaliter statuus sexuis et arcis, aut etiam demonibus, qui in eius colebantur.

Queritur hic ultius, esto imago Dei, et imago aliarum quorumlibet rerum, non veteratur jure nature, an saltem illa Iudei non veteretur hic lege Dei positiva. — Affirmat Gab. Vasquez l. 2 de Adorat., disp. 3, c. 2 et seq.: censem enim ipse, hoc preceptum, ut et quartum de colendo sabbato, partim esse naturale et perpetuum, scilicet quatenus precipit cultum unius Dei, et vetat cultum deorum aliorum; partim esse ceremoniale et temporaneum, quod solis Iudeis sit datum, nunc verò cum Judaismo sit abelitum, scilicet: Non facies imaginem Dei, vel rei alterius. Unde hoc preceptum: Non facies tibi sculptile, etc., sic explicat, q. d.: Non facietis, o Iudei, ullam effigiem, tam scilicet, que modo adorationi accommodata sit facta, puta ut per se talen sculptiles, vel pingatis, que commode adorari possit; nam si non per se, sed propter aliud, puta ad aliquam alium exornandum, eam sculptiles, id non voto. Unde Cherubini arca hic non vetatur, quia non per se, sed propter arcam tegendam et ornandam sunt facti. Sic et Salomon in templo palmas, allaque elevavit et sculptis, non per se, sed ad ornatum templi. Si dicas, Mosen Dei iussi fecisse effigiem serpenti cencii, campue per se, non ad ornatum alterius, respondet Vasquez Deum ibi in hac lege sua positivā dispensasse. Hunc sententia faverit Origen., Tertull., Alexander Ales., Albert., Bonavent. et alii, quos citat Vasquez c. 2 et 3. Verum verius est, hic non vetari omnes imagi-

nes, sed tantum superstitiones et idolatrias, ac proinde hoc preceptum per omnia esse naturale, non positivum, nec ceremoniale, ut et reliqua omnia decalogi, excepto uno, puta quarto, quod est de sabbato colendo; ita docet Damascen., Beda, D. Th., Burgensis, Cajetanus, quos citat Vasquez cap. 1, et passim recentiores cum Fratre Suarez. 3 p. q. 54, sect. 2.

Probatur primò, isdem rationibus, quas paulo ante contra Abulensem et contra Calvinum attuli, atque inpropositis ex eo, quod Scriptura passim sculptile vocet deos alienos. Audi Isaiam, c. 44, 9: Quis formavit Deum et (id est) sculptile ad nihil nile? ubi Deum alienum sive idolum vocat sculptile, et v. 15, cum ait: Plantavit pinus, etc., ex eo operatis est Deum, et adoravit; fecit sculptile, et curaret est ante illud, et v. 17: Reliquum autem ejus (pinii) Deum fecit et sculptile sibi, curarent autem illud. Secundò, Salomon, rex piissimus, ex se, sine Dei iussu, præter Cherubim arce, fecit Cherubinos maximos, scilicet decem cubitorum, qui extendebant alas per totam longitudinem Sancti sanctorum; hec autem status per se consistebant, ut idola gentium, ac proinde erant facte modo accommodato ad adorationem, quia in re Salomon non peccavit, quia non formavit eos ad adorationem, videlicet ut essent quasi idola; ergo hoc precepto vetantur tantum idola, non autem imagines per se erecte, vel adorabiles id est, quae ab aliquo impio commode adorari possent. Tertiò idipsum significat vox, tibi, cum ait: Non facies tibi sculptile, quod scilicet tibi sit instar Dei et idoli. Idem significat id quod sequitur: Non adorabis ea, et non coles; que, et, nisi sculptile et idola? hinc enim sola adorantur. Ita Cajetanus. Quartò, aliqui Iudei non potuerunt habere spheras et globos astonomicos: hi enim per se sunt similitudines et representationes oculi orbiumque celestium, atque possunt adorari, suntque adorabiles, aquæ ac sol, luna et coeli. Rursus non potuerunt domi habere imagines avorum et proavorum, quod tamen apud gentes et apud fidèles semper fuit solemne, atque magnum instrumentum virtutis. Fatorum tamen Iudeos, non ex obligatione hujus legis, sed ex devotione et religione, ut magis abessent ab omni specie idoli et violacionis legis hujus spousta sua vi usos esse imaginibus, et in templis nunquam: id enim docent Josephus, Philo, Origenes, et alii. Unde Poeta Iudeos ita describit:

Qui puras aubet, et cœli numen adorant.

Unde cum Pilatus et Petronius, praesides Iudei, tentassent imagines Tiberii et Caligulae in templum inducere, Iudei usque ad mortem restiterunt, teste Josepho 18 Antiq. 4 et 10. Rursum, ex tempore, jure non positivo, sed naturali, veritatem fuit Iudeis, ne imaginem Dei in templo, aut alibi publicè toti populo propnerebant, idque ob evidens periculum idolatrie. Multi enim ex populo rudes et proclives in idola, illam pro nomine coluerunt; hoc autem periculum non erat in privatis sapienibus. Vidi in Moses, Isaias, et aliis Deum in corpore assumpto, quasi in imagine; cum ergo eum expingere non potuerint.

Dices: Cap. 4, v. 15, dicitur: *Non vidistis aliquam similitudinem in die, quod locutus est vobis in Horæb de medio ignis, ne forte decepti faciat vobis sculptile similitudinem, aut imaginem masculi vel feminæ;* q. d.: Non apparuit vobis in aliqua specie, vel imagine, ne vos aliquam similiem faciat: ergo absolute omnem imaginem vetat in se, et similierte, esto fuis legis fuerit, ne eam tandem coherent, facerent idolum.

Respondeo: Deus hic propriè non sancit preceptum de non facienda imagine, sed tantum narrat, se Hebrewi in Sinâ non approuperunt per ullam speciem visibilim, ne Hebrewi illius imaginem et idolum fabricarent, quod scilicet ipsi coerent et adorarent. Facile enim evinset, ut crassi Iudei videntes hoc Dei simulacrum, masculum, vel femineum, primò cogitassent, Deum esse talem, scilicet masculum, vel feminam, quem colendo, non Deum verum, sed falsum coluerint. Deus enim verus non est mas, vel femina; et viceversa Deus mas vel femina non est verus Deus, sed falsus et ficticius. Deinde sensim mentem et sensum in ipsum simulacrum deflexissent, ibique hascessent, cogitantes illud esse sum numerum, non cogitando illam tantum esse imaginem sui munimis. Id enim facti gentiles et Iudeos, dixi initio hujus paragaphi. Substantia ergo precepti est: Non facies sculptile, id est, idolum; finis vero precepti est, ut non colatis, nec adoratis illud. Facere enim, vel habere idolum, ut idolum, peccatum est, est illud non colas, nec adores. Duo ergo hoc precepto vetantur: primum, non facere, nec habere sculptile sive idolum, quasi idolum; secundum, illud non adorare, nec colere.

Nec similitudinem omnium que in celo sunt desuper. Huc explicat sculptile, ut patet ex

Hebreo, scilicet quod sit idolum, sive similitudo numinis, quod est in celo, terra, vel aqua.

Et quæ versantur in aquis sub terra. Mare enim terrâ non est altius, ut volunt aliqui mathematici, sed inferius et depressius, unde Psalm. 25, 2, dicitur: *Quia ipse super maria fundavit eum,* scilicet orbem terre; terra ergo mari est altior.

Vers. 9. — *NON ADORABIS EA,* geniculando et prosternendo te coram illis, illaque invocando: *ET NON COLES,* per oblationes, festa, et praesertim per sacrificia. Hebr. est, *non servies eis,* scilicet latrâ, ut explicat Septuag.: *μη λατρεύεις τοῖς;* q. d.: Sacrifici non testaberis, te origine esse servum idoli alicujus, quasi illud per creationem summum in te dominii jus obtinet.

Ego enim sun DOMINIUS DEUS TUUS, Deus EXULTATOR, sive zelotes, ut vertunt Septuag. Zelus hic Dei, ait S. Augustinus contra Admantum cap. 11, non cruciatum animi, sed tranquillissimum sincerissimumque justitiam significat, quâ animam impunè non sinit fornicari. Secundò, zelus hic declarat Dei charitatem, inquit Theodor., quâ animam, quasi sponsam suam et uxorem, sibi admitti non permittit. Lex enim vetus iustar viri erat, populus erat instar uxoris; si is à lege deficeret, fornicari dicebatur, ut sepe ei improphaneret Prophete; de hoc amore et zelo zelotis Dei vide S. Dionys. de divin. Nom. e. 4, p. 1, in fine, ubi ait: *Zelotes dicitur Deus, quia amat creaturas*; nam qui amat, in rem amatam fertur; et qui sapè quedam impediunt adoptionem rei amate, nascitur in voluntate conatus ad ea repellenda, qui dicitur zelus, ait D. Thomas.

REDENS INQUITATUM (ponam iniquitatibus) PARTUM SUPER FILIOS, IN TERTIAM ET QUARTAM GENERATIONEM, NE QUI ODERENT ME. Aliqui hec accipiunt de sola iniquitate parentum, eò quod Deus illam in filiis, etiam innocentibus, subinde ad exemplum exterorum, temporali et corporali pena puniat. Ita D. Thom. 4-2, q. 87, art. 8; Hugo Victor, Abulensis, et Vasquez 1-2, q. 83, art. 4, disp. 135, 1; in Tertull. l. 2 contra Marcion. c. 18, ubi ait, Deum hanc ponam statuisse ob populi duritatem, ut legi divinae obedirent amore, si non sui; satum liberorum et filiorum suorum. Verum hoc rarum est, et quasi extraordinarium; unde communiter Patres accipiunt hume locum de filiis, qui peccata parentum imitator. Ita S. Hier. in 18 Ezechiel.; S. Aug. contra Admantum inimicis dei malorum, obsequio et ceteris.

c. 9; S. Gregor. l. 45 Moral. 22; Chrysostom. in illud Psal. 84: *Non in aeternum irasceris nobis.* Theodor., Acacius, Severus, Diodorus in Catena Graecorum in Exodi c. 20, v. 5, et Rabanus ibidem: idque clare exprimit Chaldeus tam hic, quam Exodi 20, dum verit: *Vitis peccata patrum in filios transgressores, etc., quando filii sequantur peccata patrum;* et noster interpres, dum verit hic et Exodi 20: *In tertiam et quartam generationem iis, vel eorum qui oderunt me;* unde Moses Exodi 54, 7, cum dixisset: *Nudus apud te, per se innocens est, hanc eamdem subtextum sententiam. Itaque et his qui oderunt me, tam ad filios, quam ad parentes referendum est.*

Sensus ergo est, q. d.: Ego Deus tam severius sum justus, ut peccata parentum in filios, quos eos imitantur, vindicem, ut tamen filii, quoniam parentes in filiis suis puniuntur. Licet enim videat silere aliquandiu, si tamen videtur filios aut nepotes, isdem vestigiis insistere, et membrum patrum implore, gravior in eos incombet animadversio mea, quam si nulla parentum peccata processissent. Solet enim Deus non statim ad peccata vindicanda prospire, sed expectare donec mensuram peccatorum a se definitam, multitudine sua et enormitate homines compleverint. Hinc illa sunt: *Neditum completere sunt iniqüitates Amorrhavorum,* Gen. 15, 16. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum, ut veniat super vos onus sanguinis justus,* Matth. 23, v. 52 et 53. Cum vero completa fuerit hec mensura, tuncmodo quasi gurgite effundit iram suam Deus, gravissime puni posteros, non quam mereantur, sed quam punivissem, si soli ipsi peccassent. Exempla sunt in posteris Salomonis, Jeroboam, Manasse, etc. Quare quod S. August. Enchirid. 46, et ex eo S. Leo Epist. 86, hunc locum ita explicant, ut dicant, parvulos non solum obligari peccatis primorum parentum, Ade et Eva, sed etiam suorum proximum parentum, donec reatus ille sacramenta regeneracionis solvatur, disputando dictum accepti debet. Jam enim constat e Scriptura et Patribus, tantum Ade peccatum transfondi in posteros: in ceteris vero, quemque onus suum laturum.

Dices: Ezechiel. 18, 3, Dominus retractat hanc Judeorum querulam parabolam: *Patres conederunt uiam acerbam* (id est, peccaverunt), *et dentes filiorum obstupescunt, atque se effec- turum, ut huc amplius inter eos non usurpetur parola;* ergo non vindicat peccata patrum in filios. — Respondeo: Loquitur ibi Dominus

de filiis insontibus. Judei enim parabolam istam jactantes, se insontes et innoxios, ob sola parentum peccata puniri, querabantur. Ita Patres citati.

IN TERTIAM ET QUARTAM GENERATIONEM, QUONIAM que se ferè patrum protendit vita et scelerum memoria. Notat S. Athanasius tract. de communione essentia Patris, et Fili, et Spiritus sancti, ante finem, hic significari, quod Dei clementia major sit ejusdem justitia, in eo quod peccata patrum punit tantum in tertiam et quartam generationem; benefacta vero parentum precepit in milia, id est, in milie generations.

Narrat Plutarch. in Apophtheg. Rom., Artaxerxes, Xerxes filium, dexteram manum habuisse longiorem sinistræ, indecum dictum Longimanum, cùmque id illi vitio reverteret, ipse in bonum omen et regiam virtutem convertit, dicens, sibi tanquam optimo principi Deum communicasse, ut manum haberet ad largendum amplissimum et longissimum, alteram vero, nempe sinistram, ad accipendum et detrahendum brevissimum et contractum; quippe rege dignus et beatius est magis dare, quam accipere, Actor. 20, 35. Multò magis Deus ad benefaciendum est longissimus, ad castigandum brevissimus, ad accipendum nullissimus. Nihil enim à creaturis accipere potest, sed potius omnia qua habent, ipse illa eius elargitur. Et in hoc consistit ejus beatitudine, opulentia, et bonitas immensa, quia ut mare redundant bona sua communicat, et profundit in angelos et homines.

Posset tamen secundu hic numerus definitus pro indefinito accepi: *In tertiam et quartam generationem,* id est, in multis generations; tuncque perfecta et quasi adequate erit antithesis penae impiorum parentum, cum premio bonorum. Tria enim et quatuor, perinde ac mille, apud Hebreos denotant magnam multitudinem. Ternario enim, ob mysterium SS. Trinitatis, libenter utitur Script., et per eum copiam significat. Hinc illud Isaiae 40, 12: *Qui appendit tribus digitis molam terre,* Gen. 18, 6, et Matth. 15, 35, fringit sata tria. Eccl. 4, 12: *Furcatus triplex difficile rumpitur;* sic vulgo dicimus, ter felix, id est, maxima felix; ter maximus, etc. Ita S. Chrysostom. 47 in Matth. Vide Riberan in Amos 1, 3.

Tropologicè, inquit S. Hieron. in c. 18 Ezech., pater est incentivum vitii, filius est peccatum, ne pos est opus perpetuum, propentes est gloriarum de peccato; que duo ultima maxime punire solent Deus. — Respondeo:

VERS. 10. — ET FACIENS MISERICORDIAM IN multa milia diligenteribus me. Hebr. et Chald. in mille, id est, in plurimas generationes. Ea quā memor est pietatis et obsequi nostri divina bonitas, quāmque nos hic amore, ut prius timore, et metu poena, ad legis sue custodiam incitat et impellit.

Symbol., nota hic millenarium symbolum esse Dei, ejusque infinitatis, infinite misericordia. Est enim millenarius, cubus denarii (decies enim decem faciunt centum; decies centum faciunt mille) et finis omnium numerorum. Sic Deus est cubus, et finis omnium, atque per misericordiam omnes ad se, quasi ad finem eorum ultimum, puta ad eternam felicitatem, reducere conatur.

VERS. 11. — NON USURPABIS NOMEN DOMINI DEI TUI FRUSTRA, scilicet in vanum, q. d.: Non adjicies horribile nomen Dei scelupibus, inquit S. Cyril. 1, 4 in Joan. 51, et Clemens 6 Stromat. ante finem, Tertull. quoque libr. de Idolatria c. 20: *Non assumes, inquit, nomen Dei in vano,* id est, in idolo. Verum illud jam vetitum audivimus primo precepto, quo vetatur idolatria; illud item tamen vetatur quoque hoc secundo precepto, quatenus idipsum profanatio est nominis divini, sed hic non est adequatius hujus precepti sensus; nam et multa alia eo vetantur. Secundu, S. Thomas 2, q. 122, art. 3, censem, hoc secundo precepto solum perjurium proprii et directe prohiberi. Unde et Chald. verit: *Non jurabis in nomine Domini Dei tui frustra.* Qui et hebreia tria vertas: *Non assumes nomen Dei tui ad mendacium.* Hebreum enim scif, et vanum, et mendacium significat, ut et vanum pro mendace subinde latine usurpanus. Tertiò et optimè, Theodor. in Exodi 20, et passim doctores, censem hic non solum perjurium, sed omnem irreverentiam et abusum nominis divini veteri, ne divinum nomen, sit Theodor., nominetur, præterquam aut doctrinae causa, aut precatio[n]is, aut alie[n]us necessitatis. Hoc enim clarè significat versio nostra, et Septuag. : *Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum.*

Nota. Per nomen Dei, hic non tantum intelligitur tetragrammaton *Iehova*, ut volunt Hebrai, sed et omnia alia Dei nomina, cuiuscumque sint lingue; in modo de nomine *Iesus*, hoc preceptum maximè accipendum esse probat Abul. q. 7 in c. 20 Exodi, ex quo quid nomen Jesus venerabilis sit nomine Deus. Deus enim creatorum significat, Jesus vero Deum significat ut redemptorem et salvatorem. Unde nomen Jesus Deo,

sive Creatori, novum et maiorem additum, scilicet Salvatoris.

Moralem exaggerationem hujus præcepti, et quomodo utendum sit nomine Dei, quāmque grave peccatum sit eo per perjurium abuti, vide apud D. Thomam in opusculo septimo, ubi inter extera ait: Juramento confitemur, quod prima veritas non est nisi in Deo, in hoc autem fit reverentia Deo. Unde leu jubet, ne quis juret per idola, sed per Deum. Perjurus ergo facit injuriam Deo, sibi ipsi et omnibus hominibus. Primo Deo, quia cùm jurare per Deum nihil aliud sit, nisi invocare ejus testimonium, cum iuras falsum, aut credis Deum nescire verum, et sive possit ignorantium in Deo, cum tamen omnia nuda et opera sint oculis ejus; aut, quod diligit mendacium, cum tandem dicat Psaltes: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium;* aut derogas potestate, quasi non possit perjurium convincere aut punire. Secundo, facit injuriam sibi, quia obligat se iudicio Dei; nihil enim est aliud dicere: Per Deum ita est, nisi: Deus puniat me si non est ita. Tertiò, injuriatur alii hominibus; nulla enim inter aliquos societas durare potest, nisi credant sibi invicem; dubia autem iuramentis confirmantur, et omnis controversia finis est iuramentum, Hebr. 6, 16.

QUIA NON ERIT IMPUNITUS QUI SUPER BE VANA NOMEN EUS ASSUMPSERIT. Pro impunitus, Exodi 20, 7, habetur; *insonus;* sed *insonus* ibi capitur pro impunito, metonymiè, ut et alibi sapè, ut I Reg. 26, 9, Prov. 11, 21. Jam sensus est, q. d.: Deus severè puniet, vel in hac vita, vel in futura, cum qui nomen Dei in vanum assumerit; est lipote, que Hebreis est frequens, ut Michaelis 2, 1: *Va qui cogitat inutile!* id est, peccatum, quod non tantum inutile, sed et maximè noxiū est; 4 Reg. 12, 21: *Nolite declinare post vanam (idola) quae non proderunt,* id est, que maximè obserunt; Jerem. 52, 55: *Quod non mandari;* id est, quod severè prohibuit. Sic de Pallante, viro virtute præstanti, ait Virg. Aeneid. 11:

Quem non virtus egenum?

Abstulit atra dies.

Nota. Deus huic secundo precepto, æquè ac primo, pemanat apponit, vel ob rei præcepte gravitatem, vel ad coerendam Hebreorum ad ea violanda proclivitatem. Ita Deus fame triennali punivit Israelim, ob perjurium Saulis, quo contra fidem datam à Ioseph, occidit Cabanitias: unde eis traditi sunt posteri Saulis, qui ab eis crucifixi sunt, itaque lues cessavit; 2 Reg. 21;

ita ob perjurium Sedecie regis, Jerusalem, tantaque Iudee eversa est, 1 Reg. 21 et 25, et Ezech. 17. Porro blasphemum Dens lapidari iusit, Levit. 24. Nota quaque est poena blasphemie Sennacherib, 4 Reg. 19. Paulus quoque blasphemos tradidit Satanu, 1 Timoth. 1.

VERS. 12. — OBSERVA DIEM SABBATI, UT SANCTIFICES EUM. Hic, ut et Exodi 20, perfectum de sabbato colendo datur praeceptum, cuius preludium et inchoatio in manu preecepit, Exodi 16, 25, in genesi mundi: exinde enim colcepisse sabbatum, ostendit Gen. 2, 3.

Nota. Praeceptum hoc, quatenus diem et tempus aliquod Dei cultui publico et externo dandum precipit, morale est et naturale; hoc enim faciendum esse, dictat lex nature; quatenus vero diem septimum, sive sabbatum ad hoc determinat, eoque quiescere iubet, ceremoniale est; ideoque jam in lege nova abolitioni. Ita D. Thom. 2, 2, q. 122, art. 4, ad 1.

Nota secundum. Sabbatum, id est, quies Dei, quo scilicet Deus ab opere creationis cessavit die septimo mundi, sacramentum fuit, et causa legalis et ceremonialis iugis festi sabbati. Hoc festum, rursum, allegorius typus erat sabbati, id est, quietis, quia Christus quietivit in sepulcro eodem die. Tropolog. vero typus erat sabbat nostri, quo à peccatis cessare debemus, de quo vide Athanas. hom. in illud: *Omnia nihil tradita sunt*, et S. Hieron. in c. 59 Isaiae, et S. Gregorii lib. 44 Registri, epist. 5. Anagogice vero sabbatum typus erat et causa sabati et quietis aeternae in celis, ut docet S. Paulus Hebr. 4, 5; nam, ut ait S. Joannes Apoc. 14, 15: *Amodo jam dicit spiritus, ut requiescat a laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos*. Unde Ruperto hoc praeceptum anagogicum sic exponit, q. d.: *Memento, ut diem sabbati sanctifices*, id est, in omnibus operibus tuis Dei retributionem, et requiem aeternam paratam stende.

Queris, que fuerit origo sabbati? Gentiles, ait Diiodorus in Catenâ Gracorum, censebant, Hebrews in honorem Saturni sabbatum celebre, Exodi 20; diem enim septimum vocant ipsi diem Saturni, sicut primum vocant diem Solis, secundum Lunæ, tertium Martis, etc. Seneca vero, teste S. August. 6 Civit. 11, rideat Iudeos, quid septimum statim ei vice partem otioando perderent. Tertius, Plutarchus l. 4 Synopias, quest. 5, censem, Iudeos in honorem Bacchi, qui Sabios dictus est, sabbatum celebrare. Quartus, Appion apud Joseph. l. 2, contra eundem, narrat, Iudeos Egypto exegentes, laborasse ulceribus inguinum, que-

Egyptii sabbo vocabant, eaque septimo die cessasse: ideoque eum diem ab illis sabbatum esse vocatum ac celebratum. Sed hec gentili sunt commenta et calumniae. Quintus, Lactantius 1. 7 Institut. c. 14, censem sabbatum dici à septem, quasi dicas, septimus dies. Verius patet, sabbatum non latinum, sed hebreum esse vocem, ac significare quietem, à radice *sabat*, id est, quietem.

Dico ergo: Prima origo et causa instituendi sabbati fuit, ut homines sabbato opus creationis, et beneficium institute a Deo nature, conditique universi excederent, ut patet Genes. 2, v. 3, et hie v. 14. Secunda causa fuit, ut Hebrewi in sabbato laborioso servitius aegyptiaci, et alii à liberationis memoriam celebrent; hec causa datur hie v. 25, unde et priedi sabatti egressi sunt ex Egypto, ut ostendi Exodi 12, 41. Tertia fuit, ut sabbatum dicatum Deo, signum esset electionis divine, quia Deus Israeleni, pro aliis gentibus, sibi in populum adoptavit. Ita causa significatur Exodi 31, v. 15, unde sabbato Iudei à gentibus secernebantur. Hinc Ovidius:

Cultaque Iudeo septima sacra tiro.
Quarta, ut sabbato, à laboribus totius septimanæ, daretur requies servis, ancillis et animalibus, ne nimis labore opprimerentur. Hec causa datur hie v. 14.

Symbolica causa est quia septenarius numerus est mysticus, quo multum uitio S. Script.; significat enim integrum rei complementum, sicut hebdomas dierum continua et perpetua eundem est revolutione; hinc sabbatum erat septimus dies: sic septimus annus erat libertis, et sabati terza; septem hebdomadae diebus, erant pentecoste; septem hebdomadae annorum, erant jubilei. Hinc septenarius in Scripturâ significat plenitudinem et universitatatem, inquit S. Augustinus, ut patet 1 Reg. 2, 5, in Hebreo; Jarem. 15, 8; Eccles. 11, 2.

Causam hujusmodi rel. arithmeticam dat Philo lib. de mundi Opificio: Septenarius, inquit, solus intra denarium, nec gigant, nec gigantur, sine patre est et matre. Unde Pythagorici cum vocant virginem; hinc congruit Deo et rebus divinis, ideoque gracie ejus nomen *virginis*, à veteribus dictum est septas, *αρχας επεισοδιας*, id est, à cultu et reverentia. Sic enim greca aspiratio septem in litteram s vertitur, teste Pisciano, ut ex *επει* factum est sal, ex *επει* super, ex *επει*, sus, ex *επει*, sylva, ex *επει*, semis, ex *επει*, sex, ex *επει*, septem, ex *επει*, serpo. Physiscam congruentiam dat S. Hieron. in Amos 5:

Calenus, inquit, docet, febris ardentissimas septimo die solvi; si non primò, secundo, id est decimo quarto die; si non secundo, tertio, id est, vigesimo primo die, ut omnes labores et molestia septenario numero conquecant.

Cicerio, in somnium Scipionis, ait septenarium esse nodum et plenitudinem rerum omnium, quia scilicet Deus est unitas, a quo fluit senarius creaturarum, videlicet angel, elementa, mixta in anima, stirpes, brata et homo; deinde septimo rursus ad primam unitatem, scilicet Deum, revertimus, in eaque desinimus, à quo, per quem, et in quem omnia sunt dirigenda, ut explicat Andreas Masius in Josue 6, 15.

Hinc Philo lib. 1 Allegor. ait senario significari mortalia, quia senarius est divisibilis; septenarius vero, quia securi nequit, significari felicia et immortalia. Unde Deus sex diebus complevit opus suum, scilicet mortale, septime vero ab eo quietivit, sed alias diuiniores formationes incepit. Errat vero Philo in eo quod subdit: *nam rusticana simplicitatis est putare, sex diebus, certoque tempore quod mundo posterior est, mundum esse conditum;* ubi sex dies creationis mundi non litteraliter, sed symbolice accipit, quod et fecit aliquando sanctus Augustinus, quia de rexi, Genes. 1.

Piura de perfectione septenarii videat qui volet apud Philonen et Macrobioum lib. 4 in Somnium Scipionis, c. 6; et A. Cellum lib. 3, et Andr. Masium supra.

UT SANCTIFICES EUM, q. d.: Observa et celebra sabbatum, quasi sanctum et a religio diebus separatum, quietique et recolendo creationis operi, aliquis. Quod beneficium dicatum, cuius finis ut te moneam, addidi vocem *memento*, Exodi 20, 8. Hac ergo sanctificetur sabatti, que hic directe precipiatur, non erat alia, quam vacatio ab omni opere, ut patet v. 14, et Exodi 20, 10; nam colendo hoc modo sabbatum, ut iussicerat Deus, tacite profligatebatur Hebrewi, Deus crearem opus et largiore honorum omnium. Finis vero praecepti erat, ut omnia haberent vacaniam Dei relibus divinis, et Dei beneficiorum recolendam, unde, Exodi 20, 11, dicitur quod Deus benedixerit et sanctificaverit sabbatum, videlicet hoc ipso quo sabbatum ab aliis diebus, ad sui cultum jam dictum segregavit. Scribit Josephus lib. 7 Belli 24, et Pilinius lib. 31, 2, in Iudea fluvium esse qui per sex dies fluit, septima fluere desinat, relin-

quaque alveum siccum, ideoque eum *sabbaticum* vocari.

Nota. Sabbathi summa erat solemnitas praeter festis omnibus; unde nec cibum in eo parere licet, uti de manna vidimus, Exodi 16, v. 29, nec ignem accendere, ut patet, Exodi 35, v. 5; que tamecum in aliis festis facere licet. Ille factum est, ut nomen *sabbati* omnibus aliis festis communicaret, omniaque vocarentur sabbata, ut patet Levit. 25, v. 11, 24, 35; immo et tota hebdomada, à portione sui parte die, vocaretur sabbatum (hinc ait Pharisaeus: *Jesu bis ins sabbato*, id est, in hebdomade), atque à sabbato reliqui dies denominarentur, ut prima sabbati, sive post sabbatum, erat dies Dominicæ; secunda sabbati erat dies Luna, et ita consequenter. Vide S. Hieron. epist. 130 ad Hebreos, q. 4. Usurpat autem subinde pluralis pro singulari, ideoque est *sabbata* et *sabbatum*, ut una sabbatorum est prima sabbati. Vide Rerum, lib. 5 de Templo, c. 1.

De mutatione sabbati, quo creatus est mundus à Deo, in Dominicum, quo recreatus est mundus à Christo resurgentem, deque cultu Dominicæ à Christianis debito, vide S. Thom. in opusc. 7, ubi inter extera docet, quod fideliis in festis tam ab otio quam ab opere servili abstinent debent; nam, ut ait Eccles. c. 35: *Mundum malitiam docuit otiositas*. Fideles ergo in festis occupari debere, primo, in sacrificiis tum internis, ut sunt devotio, oratio, gratiarum actio, compunctione, actus fidei, spei et clementis; tum externis; hinc Judei in sabbato duplicabant sacrificium iuge, Numer. 28, 9. Secundo, in letitia spirituali. Tertiò, in carnis et concupiscentiarum mortificatione ut exhibent corpora sua hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, Rom. 12, 1. Quartò, in actibus misericordie, Heb. 13, 16: *Beneficium et communione nobis obliisci*; talibus enim hostiis promeretur Deus; Jacobi 1, v. 27: *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem, hac est, risitorum pupillis et viuis in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo*. Quintò, in legendis et audiendo verbum Dei, aliaque pia. Hoc enim Iudei faciunt etiam hodie. Act. 15: *Voces Prophetarum quae per omnes sabbatum leguntur*. Nam ut ait Christus, Joan. 8: *Qui ex Deo est, verba Dei audit*. Hinc in concilio Carthag. IV, cap. 84, excommunicantur qui die solemnis Ecclesie convento prætermisso, vadent ad spectacula. Peccant ergo fideles, qui, auditi Missâ, otio vacantes totum diem in charis vel aleis, aut in choreis inhostis,

ebrietatis, commissationibus, aliquis peccatis et vanitatis transigunt; quod in concil. Tolet. III, c. 22, graviter prohibetur. In eos etiam detonat Malach. c. 2: *Ecce ego projiciam vobis brachium, et dispergam super vultum vestrum stercas solemnitatem vestrarum, et assument vos secum.* Et Isaías c. 1: *Solemnitates vestras odit anima mea, facta sunt mihi molestia, laboris sustinens.* Porro fructus et premia colementum festa describitur Isaías, c. 58, cùm ait: *Si averteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo; et vocaveris sabbatum delictum, et sanctum Domini gloriosum, tunc delectaberis super Dominum:* in primis fructus, qui est suavis quedam voluptas spiritus in rebus ad Deum pertinentibus. *Et sustollam te super altitudinem terre, in secundis, q. d.:* Faciam ut magno animo contemnas omnia terrena, eaque cum S. Paulo arbitraris ut stercora. *Et cibabo te hereditate Jacob patris tui,* en tertius, q. d.: Replebo te spiritualibus bonis in hereditate celesti. Denique adiicit Deus et temporalia bona, ut promittit ipse. Levit. 16, v. 2 et 4. Qui vero festa violant, puniuntur primo in corpore, puta morbis et casibus, ut crux vel brachia sibi frangant laborando. Secundo, i. bonis damna patiuntur, à furibus spoliuntur, coruus equi, boves, etc., moriuntur, domus confagunt, etc., fumique pauperes. Tertiū, bonis spiritualibus privantur. Peccant enim primo in Deum Patrem, cuius potentia die dominum mundum creavit; secundò, in Filium, qui codem die nos redemit; tertio, in Spiritum sanctum, qui codem die ad nos misseris est. Audi Ierem. c. 17: *Si non audieritis me, ut sanctificetis diem sabbati, et ne portetis onus, etc., succendam ignem in portis ejus, et devorabit dominos Ierusalem, et non extinguenter. Audi Ezech. c. 20: Sabbathum me violaverunt; dixi ergo, ut effunderem furorum meum in deserto, et consumarem eos.* Vide 2 Esdra 15, 15. Ita Deus violentem sabbatum morte punit, Exodi 31, 14, et Num. 15, 55; vide et 2 Machab. 15, 4 et seq., ubi Nicander, contemnens sabbatum Iudeorum, ab eis caditur. Vide Gregor. Turon. de Gloria confess. c. 81, ubi narrat, contemnentem festum B. Mariani igne fuisse puniendum, et, c. 99, narrat de alio, qui in festo laborans, colli et facie contorsione puniuit est.

Vers. 14. — *NON FACIES IN EO QUIDQUAM OPERIS,* intellige servilis, ut exprimitur in similis Levit. 25, 28, et non necessari: poterant enim sabbato jumenta adquirare, ex fossis extrahere, etc., ut docet Christus, Matth. 12, v. 5 et seq.,

item agros curare, ut fecit Christus. Nam, ut ait Tertull. lib. 4 contra Marcion. 12: *Opus salutis et incolumentis, non est opus hominis, sed D[omi]ni.* Multi ministris vetatur hic opus spirituale, quale est omnis actio pia et religiosa. Hic enim sabbatum decet et ornat.

Judici superstitiosis colorunt, et etiamnum colunt sabbatum, ut ab omni prorsus opere abstinent; hinc Christum persecuti sunt usque ad mortem, cùd quid sabbato agros curaret. Tritum est illud de Judeo in Anglia, qui in loco sabbato cadens, non leniter extrahi, à christiano judice coactus es et a Domino in eadum remanere; cùm enim ille diceret:

Sabbata sancta colo, de stercore surgere nolo. respondit judex, uti referunt annales Anglie: *Sabbata nostra quidem, Salomon, celebrabis ibi.*

Quin et Machabaei sabbato pugnare et se defendere noluerunt; sed suorum strage edocti, consilium et mentem mutarunt, 1 Machab. 2, 58 et seq.

ET PEREGRINES QUI EST INTRA PORTAS TUAS, q. d.: Negotiator, sive quis aliis alienigena etiam incircumeisis et gentilis, cùm tecum est, publicum loci festum non violat, sed servet tecum otium sabbati. Ita Cajetanus et alii.

Vers. 16.—*HONORA PATERUM TUUM, ET MATEREM.* Honora primò, amando; secundo, reverentiam internam et externam exhibendo; tertio, obediendo; quartò, juvando et subveniendo; hac enim quatuor complectetur honor, hæcque parentibus sunt debita; unde Scriptura sub honore etiam munera donaque accepti, ut patet, 1 Timoth. 5, v. 3 et 17, atque de iis etiam hoc praecipit intelligit Christus, Matth. 15, 6, ut ibi notat S. Hieron.

Exemplum memorabile pietatis in parentes videtur Plinius, lib. 7, c. 56: *Humilis, ait, in plebe, et idè ignobilis puerpera, supplici causa carceri inclusum matrem, cùm impetrasset aditum à janitorie, semper excussa, nō quid inferret cibi, deprehensa est uberioribus suis aliens; quo miraculo matri donata salus filie pietate est, amboque perpetuis alienis; et locus ille deo Pietati consecratus est, templi Pietati extrecto in illius cœris sede, ubi nunc Morelli theatrum est.* Idem fecit filia Cimoniis ducis: *Itac enim Cimoniem consimili fortunâ affectum, parique custodice traditum, jam ultime senectus, et velut infantio pectori suo admotu alevit, inquit Valerius Max. lib. 5.* Illustrè quoque est quod refert Fulgos. lib. 5, c. 4, de Toletano

hominem, cuius pater, faber aurarius, à Petreto, rege Castulonis, ob falsas suspiciones ad mortem damnatus erat; hic enim eius filius amore in patrem singulari, lacrymis precibusque agere non destitit, ut servato patre ipse pro eo occideretur. Quod assecutus, vitam amittens, vitam dedit patri, à quo vitam accepit. Ibidem narrat Alexium Isaaci imp. Constant. filium, patrem, à fratre imperio oculisque orbatum, in regnum armis restituisse, et quanquam omnes eum imperatore salutarent, ipsum tamen homen cum imperio in patrem resurgisse. Insigne quoque est, quod narrat Egnatius, lib. 5, cap. 4, de cardinali Grimano, qui pro patre Antonio carcere obtulit.

UT LONGO VIVAS TEMPORE. Endem, Ephes. 6, primum hoc mandatum dicitur in promissione; aquum enim est, ut filii, qui grati sunt parentibus de vita accepta, longam eis conservationem mereantur, ut dixi, Ephes. 6, 5; vide et S. Thomam in opuse. 7, ubi inter alia ait, post Deum iuberi statim coli parentes, ob similitudinem quam habent cum Deo; nam primo, dant filii stabilitatem quadam esse, Eccles. 7: *Genitus matris tua non oblitisceris; memeno quoniam nisi per illatos non fuisses.* Secundò, dant filii nutrimentum; tertio, documentum, maximè ut timeant Dominum, et abstineant ab omni peccato; illi filios ad sacramenta, ad fidem, ad religionem, ad mores christianos crudelitatem et deducunt. Exemplum illustrè est in Tobia. Addit. S. Thomas, filios a parentibus accipere vitam, sicut milites à rege accipiunt feendum, ut, si ei sint fideles, ejus conservacionem, sin infideles, ejus privationem mereantur. Affert ex Cassiodoro et S. Ambros. 5 Hexam. exemplum cinciorum, que, cum parentes seruerant, eos plenis suis lovent, escasse que afferunt, et pià vicissitudine juvenes redunt, ut parentibus priuatis suscepserunt. Vide novem benedictiones morigeris filii promissas quas recensi, Gen. 9, v. 25 et 26.

Notab. Abul, quod qui honorant parentes, licet citò moriatur, diu tamen vixit, quia tempus mensura est auctum, non otti: unde, Sap. 4, dicitur: *Consummatum in brevi, expedit tempora multa;* et sic omnes boni sunt longevi. Sed hic sensus mysticus est, et subtilior quam solidior. Secundo, S. Hieron. in Ephes. 6, sic explicat, ut *longo viva tempore,* in terra scilicet, non morientum, sed viventum, id est, in celo. Verum sequentia verba, tam hic quam Exodi 20, 12, significant, terram hic intelligendum esse promissum Israëlitis, scilicet Chanaan, q. d.:

cuerunt veteres Hebrei. Unde Tobias, c. 1: Attende, ait, fili mi, ab omni fornicatione, et preter uxorem tuam, nequam patiaris crimen scire. Et Eccli. c. 19, 5: Qui se junxit fornicariis, erit nequam; putredo et vermis hereditabunt illum. Vide dicta 1 Cor. 6, 9. Idem colligitur ex Ezech. c. 16, et c. 25, et alibi passim. Prophetas enim sepe comparant idolatriam fornicationem, quasi rei torpi, illicitis et infami.

Notat D. Thom. moeclum et meeham violare primò, legem naturae; secundò, ordinacionem Dei; tertio, sacramentum matrimonii, idèque committere scilicet; quartò, esse proditoris, quia subrabrum se suis maritis vel uxoribus, sequi tradunt alienis; quintò, esse fures, qui faciunt ut bona virorum vel uxorum veniant ad alienos, puta ad filios adulteri. Vide Prov. 2, 16. Ponas adulteri apud varias gestes recessu, Gen. 58, 29.

Vers. 19. — FERTUME NON FACIES. Par modo vetatur hic omnis illicita usurpatio rei alienae, ait S. August. Notat Philo, lib. de Decalogo, post initium, Deum in concione et cotta tam multorum milium Hebraeorum, singulos compellare, non omnes, nec plures; dicit enim Non occides, non machaberis, non furum facies; non autem: Non occidetis, non moechabimini, non furum facietis. Idque primò, ut docret unumquemque, dum Deo Deique legibus pareret, honore æquari frequentissimum populo, immo et mundo universo; unde alibi iustum landauit: Ego sum Dominus Deus tuus; secundò, ut quisque legi redderetur obsequienter, dimi sibi, non turba, dicimus audit, id quod precipiatur; tertio, ut ostenderet Deus, quanti quemque faceret, utpote quem ad oraculorum suorum epulum invitaret, quantum principes et magistratus cives stros etiam abjectissimos astimare, quācumq; decenter et æquè cum ei agere, eosque compellare debeat, utpote quos Rex regum tanto dignatur honor.

Vers. 20. — NEC LOQUERIS CONTRA PROXIMUM TUM FALSUS TESTIMONIUM. A principaliori criminis falsi testimonii, cetera quoque minoria ei affinia intellige, puta detractionem, contumeliam, irrisione, susurrationem, omnemque alieni injuriam que proximo per verba irrrogat, denique omnem lingue abusum. Ita D. Thom. 2,2, q. 122, art. 6.

Audi quantum peccatum sit detractione. Primum, ex S. Script. Eccl. 10, 11: Si mordet serpens in silento, nihil minus habet qui occulit detractionem. Prov. 21, 9: Abominationem hominum detractione, et v. 21: Cum detractionibus non commiscaris,

quoniam repente consurget perditio eorum. Eccl.

28, 13: Susurro et bilinquis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes. Rom. 1, 50: Detractores Deo oditiles. Denique Scriptura passionem detractorum lingua comparat gladio, novaculae acute, armis et sagittis. Secundò, ex doctoribus et Patribus, qui gravius peccatum docent esse detractionem, quam sit furtum et rapina; tollit enim famam, que auro est præstatior. S. Hier. in Psal. 100, ait canit esse pejorem fornicatione. S. Petrus apud Clement. Epist. 4 ad S. Jacobum, tam sequitur homocidio: multi enim malum perdere vitam quam famam. S. Chrysost. hom. 5 ad popl.: Detrahens, ait, fratres carnes comedisti, proximi carnem nomadistis. Haec sunt Thyestacee come. S. Bernard. de triple Custodia: manus, lingua et cordis, linguan detrahentem ait esse viperum et lanceam tristeam, que ictu mortales confundit, scilicet dicentes, audientes, et eum cui detrahentur. Ait quidam, maximani hominum partem ob hoc eritem interire. Plura vide apud P. Buseum in Panario, Canisium et Felis, in Decal.

Vers. 21.—NON CONCUPISCES UXOREM PROXIMI. Nota. Concupiscentia vetatur speciali precepto, quia plerique putabant sexto precepto: Non machaberis, et septimo: Non furum facies, tantum vetari actum exterritum, interna vero non esse vetitum, nee cavedendum; quin et post datum a Deo legem, Joseph. 12 Antiq. 15, id putasse videtur, uti et Iudei alii, quos corrigit Christus, Matth. 5, v. 25 et 29, quasi hoc precepto: Non concupisces, tantum vetetur conatus exterior ad facinus complendum; sed ille jam vetitus est sexto et septimo preceptis, et ut is hoc precepto vetetur, non tam quia exterioris se profit, etiòm, quam quia à mala voluntate procedit. Illa enim in se mala (idèque quia vetita) virus molitus sive actui externo instillat, eamque proprie hære verba significant et prohibent, cùm dicunt: Non concupisces. Unde colligas, omnem alium voluntatis motum, preceptis aliis adversanter, pariter iisdem vetari, quando concepcionem feminarum et bonorum, ad quam naturaliter maximè proclives sumus, hic vetatur.

Hæretici, Lutherus et Calvinus in alio sunt extremo: censent enim vetari hæc concupiscentiam, quæ è peccato originali est reliqua, puta motus appetitus sensuvi et voluntatis inordinatus, qui rationem et liberum voluntatis assensum præveniunt. Verum hoc esse falsum, et tantum voluntariam concupiscentiam, sive con-

197 *modi querit de profanis deinceps*
sensus voluntatis in illicitis delectationes, hic
vetari multa ostendi, Rom. 7, 7.

NON DOMUM, NON AGRUM. Post concupiscentiam uxoris nono precepto vetiam, decimo hoc vetat concupiscentiam rei alienae: hec enim distinguenda esse ostendi v. 7. Hic ergo rectus ordo præceptorum servatur, qui, Exodi 20, 16, non servatur, nisi à Sept., ibi enim Mosi non fuit propositum servare ordinem, sed tantum ipsa præcepta enarrare.

Moral. D. Thom. opusc. 7: 1. Concupiscentia, ait, vetata est, primò propter concupiscentie infinitatem, concupiscentia enim quid infinitum est. Quilibet autem sapiens debet intendere finem aliquem: immo nullus debet ire per viam infinitam, Eccl. 5: Avarus non implebit pecuniam; Isaia 5: Vae qui conjugitis domum ad dominum, et agrum agro copulatis! Et quid concupiscentia numero quācum satietur, ratio est, quia cor homini factum est ad recipientum Dei; unde August. in 1 Confess.: Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum donec respiciat in te. Id ergo quod minus est Deo, ipsum implore non potest, Psal. 402: Qui respicit in bonis desiderium tuum. Secundò, qui auferit, quietem que multum est delectabilis. Semper enim cupidi solliciti sum acquirere non habita, et habita custodire, Eccl. 5: Satanas diuina non sicut eum dormire; Matth. 6: Ubis est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum; et idèo Christus Luce 8 divitias spinis assimilavit, ut dicit Greg. Tertio, quia causat in divitias inutilitatem. Facit enim divitias esse non utiles, nec sibi, nec aliis. Non enim utuntur eis nisi conservando, Eccl. 14: Viro expido et tenaci sine ratione est substantia. Quartò, quia tollit justitiae aquitatem, Exodi. 25: Ne accipias munera, quia etiam exceperint prudentes, et subterficiunt verba justorum; Eccl. 51: Qui aurum diligit, non justificabitur. Quintò, quia necat charitatem Dei et proximi, quia, secundus August., quanto magis habet quis de charitate, tanto minis de cupiditate; et è converso, Eccl. 7: Neque fratrem charis simum auro sprevens. Nec etiam charitatem Dei, quia sicut nemo potest duobus dominis servire, ita neque Deo et mammoni; ut dicitur, Matth. 6. Sextò, quia producit omnem iniuriam, est enim radix omnium malorum, et idèo, si in corde radicata est, et homicidium, et furtum, et omnia mala operatur, et idèo dicit Apostolus, 1 Timoth. 6: Qui volunt dices fieri, incident in tentationem, et in

laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.

Porrò quoniodò concupiscentia superanda sit, ita prosequitur: Vincitor autem quatuor modis: Primo occasiones exteriores fugiendo, ut puta malam societatem, et omnia inducentia occasionaliter ad hoc peccatum, Eccl. 9, 5: Virginitate ne conspicias, ne forte scandalizeris in decoro illius. Noli circumspiceri in vicis civitatis, ne oberraveris in plateis illius. Averte faciem tuam à muliere compa, et ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multū perierunt; et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.

Prov. 6: Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimentis illius non ardent? et idèo præceptum fuit Loth ut fugeret ab omni circa regione, Gen. 19. Secundo, cogitationibus aditum non præhendo, quia occasio sunt excitande concupiscentie: idque faciendum est per carnis afflictionem, 1 Cor. 9: Castigo corpus meum, etc. Tertio, orationibus insistendo, quia nisi Dominus custodierit civitatem, etc.; Sap. 8: Sciri quantum adulteri non possum esse continens, nisi Deus det;

Matth. 17: Hoc genus daemoniorum non ejicitur, nisi per orationem et jejuniū. Si enim duo pugnarent, et velles unum juvare, alterum vero non, oportet primo auxilium dare, secundum vero subtrahere. Inter spiritum autem et carnem est pavidum continuum. Unde oportet quid, si vis quid spiritus vincat, des ei auxilium; et hoc fit per orationem: carni vero subtrahulas; et hoc fit per jejuniū, nam caro per jejuniū debilitatur.

Quartò, licet occupationibus insistendo, Eccl. 53: Multam malitiam docui ostiastis; Ezech. 16: Hec fuit iniurias Sodome: superbia, saturitas panis, et abundans et uiron. S. Hieron.: Semper aliquid boni facito, ut te diabolus invenerit occupatum; inter omnes occupationes melior est studium Scripturarum. Hieron. ad Paulinum: Ama scientiam Scripturarum, et carnis vita non amabis.

Hece ergo sunt decem precepta, quibus, ait S. August., quasi decem chordis, decem bestie, id est, vita supradatur: tangis primam chordam, id est, primum preceptum, cadi bestia superstitionis; tangis secundam, et cadi bestia perjurii et nefandarum haeresum; tangis tertiam, et cadi bestia amoris seculi; tangis quartam, et cadi bestia impietatis; tangis quintam, et cadi bestia crudelitatis; tangis sextam,

et cadit bestia libidinis; tangis septimam, et cadit bestia rapacitatis; tangis octavam, et cadit bestia falsitatis; tangis nonam, et cadit bestia adulterina cogitationis; tangis decimam, et cadit bestia cupiditatis.

VERS. 26.—*QUID EST OMNIS CARO, UT AUDIAT VOCEM DEI VIVENTIS, ETC., ET POSSIT VIVERE?* q.d.: Nihil est omnis homo, nullarumque virium, ut tam terribilis Dei presentiam et vocem audire et sustinere possit, quin protinus in animi viteque deliquientur, nisi quasi miraculose à Deo roboretur et conservetur. Si Daniel c. 10, ait ad angelum: *Domine, in visione tua dissolute sunt compages meae, et nihil remanet in me virium. Illa enim lege veteri, quae erat timoris servorum, Deus, vel potius angelus vice Dei, etiam sanctis se terribilis æquò ac augustum exhibebat, cosque percellebat. Hinc parentes Samsonis, ex illi communī hominum CAPUT VI.*

1. Haec sunt precepta, ceremonie, atque iudicia, que mandavit Dominus Deus vester ut docerem vos, et facias ea in terra, ad quam transiunni possidendum;

2. Ut timeas Dominum Deum tuum, et custodias omnia mandata et precepta ejus, quae ego præcepio tibi, et filiis, ac nepotibus tuis, cunctis diebus vite tuae, ut prolongentur dies tui.

3. Audi, Israel, et observa ut facias quae præcepit tibi Dominus, et benè sit tibi, et multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte et melle manantem.

4. Audi, Israel: Dominus Deus noster Dominus natus est.

5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua.

6. Eruntque verba haec, que ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:

7. Et narrabis ea filii tuis, et meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulan in itinere, dormiens atque consurgens.

8. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque et movebuntur inter oculos tuos;

9. Scribes ea in limine et ostiis domus tue.

10. Cumque introducerit te Dominus Deus tuus in terram, pro qua juravit patribus tuis, Abraham, Isaac et Jacob, et dederit tibi civitates magnas et optimas, quas non edificasti:

11. Demas plena cunctaria opum, quas

illius avi concepta opinione, ob visum Domini num, se morituros putabant, Judic. 15, 22. Vide dicta, Exodi 55, 20.

VERS. 51.—*TU VERO HIC STA MECUM.* Moses enim, proclamante Deo Decalogum, aliquantum remotus stabat à populo, in ascensu montis Sina; inde Iesus est à Deo descendens ad populum, ut ei præcepere redire ad castra, quo facto rursus ascendit ad cacumen et caliginem Sina, ibique manens quadraginta diebus et noctibus, auditiv à Deo alia præcepta, judicialia et ceremonialia, quae doceret populum, ibique tabulas lapidæ Decalogi inscriptas à Deo, id est, ab angelo Dei, accepit.

VERS. 52.—*NON DECLINABITIS, NEQUE AD DEXTERAM, NEQUE AD SINISTRAM,* quia custodia legum est et dictum ait deum, eosum et beatitudinem; hinc Scriptura dat ei dexteram et sinistram.

CHAPITRE VI.

1. Or, voici les préceptes, les cérémonies et ordonnances que le Seigneur votre Dieu m'a commandé de vous enseigner, afin que vous les observez dans le pays dont vous allez vous mettre en possession; et voici aussi les menaces qu'il m'a commandé de vous faire.

2. Afin que vous croigniez le Seigneur votre Dieu, et que tous les jours de votre vie vous gardiez tous ses commandements et ses préceptes que je vous donne à vous, à vos enfants et aux enfants de vos enfants; et que vous viviez longtemps sur la terre.

3. Ecoutez donc, Israël, et ayant grand soin de faire ce que le Seigneur votre Dieu a commandé, afin que vous soyez heureux, et que vous vous multipliez de plus en plus selon la promesse que le Seigneur, le Dieu de vos pères, vous a faite de vous donner une terre où couleraient des ruisseaux de lait et de miel.

4. Ecoutez, dis-je, Israël, ce que je vais vous dire: Le Seigneur notre Dieu est le seul et unique Seigneur.

5. C'est pourquoi vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur, de toute votre âme et de toutes vos forces.

6. Ces commandements que je vous donne aujourd'hui seront gravés dans votre cœur.

7. Vous en instruirez vos enfants; et marquant dans le chemin, la nuit dans les intervalles du sommeil, le matin à votre réveil.

8. Voulez les lierez comme une marque dans votre main; vous les porterez sur le front entre vos yeux.

9. Voulez les écrire sur le seuil et sur les portes de la porte de votre maison.

10. Et lorsque le Seigneur votre Dieu vous aura fait entrer dans la terre qu'il a promise avec serment à vos pères, Abraham, Isaac et Jacob, et qu'il vous aura donné de grandes et de très-honores villes que vous n'aurez point fait bâtr.

11. Des maisons pleines de sortes de biens, que vous n'aurez point fait faire, des ei-

non extraxisti, cisternas, quas non fodisti; vignes et des places d'olivier que vous n'aurez point plantées.

12. Et que vous vous serez nourris et rassasiés de toutes ces choses.

13. Prenez bien garde de ne pas oublier le Seigneur votre Dieu à l'air du pays d'Egypte; de ce séjour de servitude, et qui vous aura mis en possession de tous ces biens; mais vous craindez le Seigneur votre Dieu; vous ne servirez que lui seul; et quand vous seriez obligés de jurer, vous ne prurez que par son nom, et vous ne le jurez qu'avec jugement, avec justice et avec vérité.

14. Vous ne suivrez point les dieux étrangers d'aucune des nations qui sont autour de vous.

15. Parce que le Seigneur votre Dieu, qui est au milieu de vous, est un Dieu jaloux; n'adorez donc que lui seul, de peur que la fureur du Seigneur votre Dieu ne s'allume contre vous, et qu'il ne vous extermine de dessus la terre.

16. Vous ne tenterez point le Seigneur votre Dieu, comme vous l'avez tenté au lieu de la tentation, où vous doutiez de sa puissance et de sa bonté.

17. Gardez les préceptes du Seigneur votre Dieu, les ordonnances et les cérémonies qu'il vous a prescrites.

18. Faites ce qui est bon et agréable aux yeux du Seigneur, afin que vous soyiez heureux, et que vous possédiez cet excellent pays où vous allez entrer, que le Seigneur a juré de donner à vos pères.

19. En leur promettant d'exterminer devant vous tous vos ennemis.

20. Comme interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid sibi volunt testimonia haec, et ceremonia, atque iudicia, que præcepit Dominus Deus noster nobis?

21. Dices ei: Servi eramus Pharaonis in Egypto, et eduxit nos Dominus de Egypto in manu forti:

22. Facti que signa atque prodigia magna et possima in Egypto contra Pharaonem et omnem dominum illius, in conspicuo nostro;

23. Et eduxit nos inde, ut introductis dare terram, super qua juravit patribus nostris.

24. Præcepit nobis Dominus, ut faciamus omnia legitima haec, et timeamus Dominum nostrum, ut bene sit nobis cunctis diebus vita nostra, sicut est hodie.

25. Erupit nostri misericors, si custodierimus et fecerimus omnia præcepta ejus coram Domino Deo nostro, sicut mandavit nobis.

VERS. 4.—*AUDI, ISRAEL: DOMINUS Deus noster, DOMINUS unus est. Hinc Dei nomen est Echad, id est, unus; Isaie 66, 17, in hebr.: Qui purificat et horitos post Echad, id est, unus, puta Deum; et Job. 51, 15: Ab Echad, Deus à Syris dictus est Ahad, indeque ab Assyriis dictus est Adab; nam, ut docet Macrob. I Satr. 25, Adad summus erat Assyriorum deus; cui etiam deam Atargatim uxorum assignabant; per*

termes que vous n'aurez point creusées, des vignes et des places d'olivier que vous n'aurez point plantées.

12. Et que vous vous serez nourris et rassasiés de toutes ces choses.

13. Prenez bien garde de ne pas oublier le Seigneur votre Dieu à l'air du pays d'Egypte; de ce séjour de servitude, et qui vous aura mis en possession de tous ces biens; mais vous craindez le Seigneur votre Dieu; vous ne servirez que lui seul; et quand vous seriez obligés de jurer, vous ne prurez que par son nom, et vous ne le jurez qu'avec jugement, avec justice et avec vérité.

14. Vous ne suivrez point les dieux étrangers d'aucune des nations qui sont autour de vous.

15. Parce que le Seigneur votre Dieu, qui est au milieu de vous, est un Dieu jaloux; n'adorez donc que lui seul, de peur que la fureur du Seigneur votre Dieu ne s'allume contre vous, et qu'il ne vous extermine de dessus la terre.

16. Vous ne tenterez point le Seigneur votre Dieu, comme vous l'avez tenté au lieu de la tentation, où vous doutiez de sa puissance et de sa bonté.

17. Gardez les préceptes du Seigneur votre Dieu, les ordonnances et les cérémonies qu'il vous a prescrites.

18. Faites ce qui est bon et agréable aux yeux du Seigneur, afin que vous soyiez heureux, et que vous possédiez cet excellent pays où vous allez entrer, que le Seigneur a juré de donner à vos pères.

19. En leur promettant d'exterminer devant vous tous vos ennemis.

20. Et lorsque vos enfants vous interrogueront à l'avent, et vous diront: Que signifient ces commandements, ces cérémonies et ces ordonnances que le Seigneur notre Dieu nous a prescrites?

21. Vous leur direz: Nous étions esclaves de Pharaon dans l'Egypte, et le Seigneur nous a tirés de l'Egypte avec une main forte.

22. Il a fait sous nos yeux dans l'Egypte de grands miracles et des prodiges terribles contre Pharaon et contre toute sa maison;

23. Et il nous a tirés de ce pays-là pour nous faire entrer dans cette terre, qu'il avait promis avec serment à nos pères de nous donner;

24. Et le Seigneur nous a commandé ensuite d'observer toutes ces lois et de craindre le Seigneur notre Dieu, afin que nous soyons heureux tous les jours de notre vie comme nous le sommes aujourd'hui.

25. Car le Seigneur notre Dieu nous fera miséricorde, et nous comblera de biens dans la suite de tous les siècles, si nous obéirons et si nous pratiquons devant lui tous ses préceptes, selon qu'il nous l'a commandé.

Add soleni (quem, quia solus et unus est in mundo, qui omnium viventium est causa, et quasi pater, deum esse putavent), per Atargatim terram intelligentes: quid ex his diabolis omnia procreerunt.

Ratio cur Deus sit unus, est primo, quia Deus est ens simplicissimum, que ac absolu- tissimum et perfectissimum: ergo unus. Si enim essent duo dñi, unus haberet aliqd per-